

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 16.

*Secretum litterarum Commercium inter Vivos
et vita functos.*

Sertorio Ursato, (Orsato) in Elysio.

Ex mundo superiore.

Elysium-Meum, Die Veneris. 16. Mar. 1810. (Neov. 27. Feb. 1810.)

Nulla non tempore tui reminiscor docta
Anima! vetera tua scripta revolvens. Tu is
es, cui Siglae, & vocum *abbreviaturae* debentur,
quas improbo labore solertique studio
Tu collegisti.

Calleo equidem: a *Justiniano* sub *falsi*
nota vetitum Codices legum *abbreviaturis*,
ut ille exprimit: *per Siglorum obscuritates* de-
scribere; *Maximilianus* quoque in *Notaria-*
tus Instruktion Notariis vetat, *litteraria* docu-
menta sic dicta, *abbreviaturis* scribere. Hodi-
erna luce scriptura per *abbreviaturas* utunque
desiit & exolevit, at contra novum *abbrevi-*
aturarum genus exatum: utpote auctores,
qui ex opusculis opera, ex voluminibus ex-
cerpta faciunt (*Exatomatores*) horumque foetus
postmodum lectoribus ceu sui ingenii parvis
obtrudunt. *Imitatorum servum pecus.* —

Jam novum *Abbreviationis Systema* præsto est, et factique probatum. Olim bella diuturna gesta, anni elapsi usque provincia aut Urbs occupata.

Unum, ad summum duo intra annum prælia commissa, quo factum: ut bella in annos prolongarentur, tum hyberna petita bellum ineunte vere renovandi gratia.

Hodie vero surrexit eximius vir, qui inauditis factis, potentiaque *Abbreviationis* in bello *Systema* condidit. Plurima hodierna bella spatio trimestri confecta sunt. Ipse Romani domitor Orbis celeriter cum Pharnace Mithridatis M. filio belli confecti ad Senatum nuncium tribus verbis *veni, vidi, vici*, indicans, una solum vice eam fortunam habuit. At Napoleo plura eorum producere potest, ejus historia apud posteros, bella & expeditiones abbreviatis legentes, fidem non reperiet.

Olim eximia facta, velociterque perfectas occupationes Ludovici XIV. Gall. Regis stupuimus, erant nihilominus diuturna quæ gessit bella, quamquam eorum duæ essent præcipuæ potentiaæ Europæ: Austria & Gallia. Nostra ætate Russia, & Borussia ad culmen amplæ Monarchiæ se extulerant, impedire nihilominus nequiverunt, ne eximius *vir* Systema suum abbreviationis in cunctis bellis, & adversus cunctos in effectum deduceret.

Verum res memoratu digna: ut resultata prioram, & hodiernorum bellorum sibi

concordent. Gallia adversus Hispaniam sub Ludovico XIV diuturna bella gessit, principe hoc imperium adveniente, bellum hoc adhuc duravit. Pace Pyrenæa in Insula Phasiæ-orum 1659, in qua Ludovicus Harus Hispanicus Minister de Julio Mazarini Cardinale, quo cum tractaverat, dicebat: unum saltem errorem politicum ei inesse, videlicet: continuo bellandi mentem, nuptiæ consequentur. Maria Theresia Philippi IV. filia senior ex Domus Habsburgicæ seniore linea Ludovico XIV desponsata est.

Hoc matrimonio politica domum inter Habsburgicam, & Bourboniam æmulatio exæquata est; at nova rursus bella usque medium Sec. 18 duratura, orta sunt.

Denuo illuxit conjunctionis utriusque domus dies — Princeps Kaunitz a Rittberg Bernis & Choiseul Foedus Galliam inter & Austriam fecerunt, quo politicum Europæ Systema subito conversum est (1752) aulæ duæ duobus seculis inimicæ non foedere solum, sed & sanguinis vinculo colligatæ sunt, — utpote: Maria Antonia Magnæ Theresæ filia felici Germaniæ, universæque Europæ omnia, Ludovico XVI. desponsata, fausta pacificaque exsepere faustum eventum tempora, ex tempore finiti septennalis belli, demtis aliquot controversiis Europa pace fruebatur, usque fatalem revolutionem.

Finis Foederis hujus erat 3 solam potentias in Europa erigendi, Galliam nempe, Austriam, & Russiam. Animadvertebatur: im-

Jam novum *Abbreviationis Systema* præsto est, re factisque probatum. Olim bella diuturna gesta, anni elapsi usque provincia aut Urbs occupata.

Unum, ad summum duo intra annum prælia commissa, quo factum: ut bella in annos prolongarentur, tum hyberna petita bellum incunte vere renovandi gratia.

Hodie vero surrexit eximius vir, qui inauditis factis, potentiaque *Abbreviationis* in bello *Systema* condidit. Plurima hodierna bella spatio trimestri confecta sunt. Ipse Romani domitor Orbis celeriter cum Pharnace Mithridatis M. filio belli confecti ad Senatum nuncium tribus verbis *veni, vidi, vici*, indicans, una solum vice eam fortunam habuit. At Napoleo plura eorum producere potest, ejus historia apud posteros, bella & expeditiones abbreviatis legentes, fidem non reperiet.

Olim eximia facta, velociterque perfectas occupationes Ludovici XIV. Gall. Regis stupuimus, erant nihilominus diuturna quæ gessit bella, quamquam eorum duæ essent præcipuæ potentia Europæ: Austria & Gallia. Nostra ætate Russia, & Borussia ad culmen amplæ Monarchiæ se extulerant, impedire nihilominus nequiverunt, ne eximius vir *Systema* suum *abbreviationis* in cunctis bellis, & adversus cunctos in effectum deduceret.

Verum res memoratu digna: ut resultata prioram, & hodiernorum bellorum sibi

concordent. Gallia adversus Hispaniam sub Ludovico XIV diuturna bella gessit, principe hoc imperium adveniente, bellum hoc adhuc duravit. Pace Pyrenæa in Insula Phasiensium 1659, in qua Ludovicus Harus Hispanicus Minister de Julio Mazarini Cardinale, quo cum tractaverat, dicebat: unum saltem errorem politicum ei inesse, videlicet: continuo bellandi mentem, nuptiæ consequentur. Maria Theresia Philippi IV. filia senior ex Domus Habsburgicæ seniore linea Ludovico XIV desponsata est.

Hoc matrimonio politica domum inter Habsburgicam, & Bourboniam æmulatio exequata est; at nova rursus bella usque medium Sec. 18 duratura, orta sunt.

De novo illuxit conjunctionis utriusque domus dies — Princeps Kaunitz a Rittberg Bernis & Choiseul Foedus Galliam inter & Austriam fecerunt, quo politicum Europæ Systema subito conversum est (1752) aulæ duæ duobus seculis inimicæ non foedere solum, sed & sanguinis vinculo colligatæ sunt, — utpote: Maria Antonia Magnæ Theresiæ filia felici Germaniæ, universæque Europæ omniæ, Ludovico XVI. desponsata, fausta pacificæque exsepere faustum eventum tempora, ex tempore finiti septennalis belli, demtis aliquot controversiis Europa pace fruebatur, usque fatalem revolutionem.

Finis Foederis hujus erat 3 solam potentias in Europa erigendi, Galliam nempe, Austriam, & Russiam, Animadvertebatur: im-

parem numerum trium perpetuam pacem conservaturum, cum, si unus Status ex tribus occupationes suscipere vellet, reliqui duo abunde ei resistendo sint. Quævis, hæc Consilia (projecta) inter tumultum seditionis evanuerunt.

At ex tempore revolutionis Austria quatuor acris bella gessit; & videbatur priorem rerum statum armis intendere. Cum voluptatis specie memoriæ subiere tempora, quibus lilia alaudis conjuncta florere! at hæc Saturnia secula nunquam amplius reditura censebantur. — Cum Ecce! vetus adagium.

Bella gerant alii, tu felix Austria nube!

rursus lætam veritatem adeptum conspicitur — *Forma, virtuteque excellens Francisci Imperatoris Austriae senior filia Maria Ludovica desponsatur Magno Napoleoni!* — an non Nestor Kaunitz intus & in corde gestiet, sua consilia, post tanta discrimina rerum! rursus renasci, & postliminio restaurari — jamque publicis ephemeridibus evangelus continetur sequ.

Vindobona 17. Febr. Die 15. h. m. Cæsareus Austriacus legationis Consiliarius Floret subscriptis in argumento matrimonii Gallici Imperatoris cum Archiduce Maria Ludovica Principe, tractatibus Parisiis isthuc adpulit. Læ un hoc nuacium mox urbem universam penetravit, & tametsi de tractatibus nihil prorsus constet, nihilominus in animis pio-

rum Civium lætissima spes affulsit, tranquillitatis cœtæ a superiore procelluosa prorsus alienæ futuræ conditionis. D. legationis Consiliarius una nuntium attulit; Principem NeoCom. Maresch. Berthier mox subsequendum, isthuc nomine Imperantis sui solennia nuptialia peragendi gratia. Solennia hæc primis futuri mensis peragenda pompa qua potest summa dieuntur, omniaque impendenda ad dignitatem festorum augendam; in cæteris Cæarea turma prætoriana rursus erigenda & uniformi vestitu providenda: amplius magnificus oecus Regiæ jam sollicitè instauratur eum in finem. Pro Principe Neocomensi vero confestim dignitati ejus admensum hospitium adparatur, in parte Regiæ, ubi olim Cancellaria Imperialis. Cursus Camb. qui nudius adhuc tertius in Curia mercatorum inter 440—436 vacillabat, e vestigio in 390 constitit, probabileque est paullo post magis in melius mutatum iri.

Norimbergæ 22. Febr. Litteræ hoc ipso momento de 17. momentosum, qui universæ Europæ interest, annunciant eventum — Die 16. Augusta Vindobona ex officio percepit nuntium de instanti matrimonio S: M. Imp. Napoleonis, cum Sen. Cæs. Reg. Principe Archi Duce Austriæ *M. Ludovica*; Archi Dux Carolus in Solennibus nuptialibus Imperatoris vice functurus perhibetur, hoc eventum promulgato in Vindob. Curia Mercatoria magna facta mutatio, 200, pluribus diebus in 440 consistentes die 17. ad 360 delibebant.

Aurei ex 20 fl. ad 16. Augusta die 15. notabatur in 444 die 17. decidebat ad 368. Sponsaque amplior dehiscentiæ est.

Francofurto 22. Febr. Heri Vindobonæ programma solennium, primis diebus s. m. occasione sponsalium Archiep. Ducis Mar. Ludovicæ cum S. M. Imp. Napoleone peragendorum, allatum est, die 8. excele sponsa Parisiis discedet. Comitatur eam Princeps Neocomensis, et factur ad limites solum, tum gravium tractationum ergo Vindobonam respiciturus.

Monachio 22. Febr. Expectatur isthinc Princeps Neocom. Jamque necessarii dati ordines ad excipiendam Imperatricem; opinio est: S. M. Reginam Neapolit. cum 8 aulicis matronis Brunaviam usque, Imperatorem Napoleonem usque Argentoratum Sponsæ Augustæ occurrurum. — Copiæ nostræ Imperatricem Brunavia usque Regni limites prosequuntur. — Ubivis Sua Maj. Imperatrix moratura est summe solennia festa adparantur, — Regina & Coronæ Princeps quotidie expectatur. — An S. M. Rex Parisiis moraturus, aut Imperatorem Argentoratum comitatus sit, incertum.

Adjutor Principis Neocom. Lagrange heri isthinc Vindobonam profectus est.

Antwerpia. Isthinc seqv. Decretum de 20. Jan. promulgatum est. Napoleo Imp. Gallorum &c. Securitati borealium limitum Imperii nostri consulturi, atque fabricas navium, armentariumque Antverpiensæ adversus o-

ipsum eventum securum reddiduri, decrevimus & decernimus. Ut exercitus sub nomine Brabantinus erigatur, omne territorium inter Mosam, Scaldim & Oceanum territorio memorati exercitus accenseatur, quævis Gallicæ foderatæque terrestres & navales copiæ hoc ambitu contentæ partem hujus exercitus efficiant. — Arces inter Mosam & Scaldim ad Statum obsidionis ponantur. — Præfecti militares & Gallici Hollandicæque Magistratus his jussis se accommodent. — Altero Decreto de 30. interdicto adficiuntur merces Coloniales inter Mosam & Scaldim, Anglicanæque fisco addicuntur.

Cassela 8. Febr. Hesterno Statuum Conventa per Consiliarios Status Cel. Martens, & Postel Planum legum intuitu status ærerialis Anni 1810 propositum est. Secundum id inter cætera Summa 34,581,886 Fr. dispositioni Gubernii subternenda, ad erogationes necessarias ferendas pro diversis administrationis ramis, sub Anno 1810. Hæc summa desumenda tam ex reditu decretorum tributorum, quam cæteris subsidiariis fontibus redituum Anni 1810.

Quæ primum solvendis publicis debitis tum communis administrationis erogationibus impendenda; utpote: publico debito 4,500,000. Lista Civilis 5,000,000. Consilium Status 320,000. Ministerium Justitiæ 190,246 Fr. 666 $\frac{1}{2}$ Cent. Ministerium Secretariatus Status & ext. negot. 1,090,000 Fr. Aerariale commercii & thesaurii 7,450,000 Fr. bellicum 10,500,000

Fr. Negot. int. 3 809, 419 Fr. 33 $\frac{1}{2}$ Cent.
Summa 34 milliones 57,886 Fr. Hoc Placitum
cum pluralitate 72 alborum Calculatorum, et
ga 3 atros acceptatum, & probatum est.

B I O G R A P H I A.

Sertorius Ursatus (Orsato) ex nobili ve-
tustaque familia Italica oriundus, primam
lucem ad exit Patavii; Historiæ Romanæ
principis natali urbe An. 1617. inclaruit eru-
dito orbi doctrina sua, & litterarum studiis.
Antiquitates, & præcipua veteres inscriptio-
ne diligenti opera scrutabatur. — Ejus
commentarius de Notis Romanorum admodum uti-
le & in suo genere Classicum opus rarum
est, & non nisi in celebribus Bibliothecis reperit-
tur. — Explicuit abbreviaturas earumque do-
ctrinam egregie pertractavit, alia quoque uti-
lia opera reliquit, quæ pleraque latino idio-
mate concinnavit. Obiit Oratione dicta ad
Senatum reipublicæ Venetæ, qui singulari
benevolentia dedicatum sibi *Historiam* ejus *Pa-
tavinam* exceperat. —

Legum pretium.

ex germ. Cel. Gellert,

Reddere felices nos vult DEUS atque beatos,
Hæc ratio *legum*, quas tulit ille, fuit.
Hæc sunt, quæ faciunt, cordis pia gaudia nostri,
His vitæ nostræ, constituantur opes. —

P. A. F.